

erat, sed quod Principi, Instit. de iure natu. & eius erat cognoscere de capite civis, imo & publica iudicia frequenter per populum exercebantur usque ad annum 604. Urbis condita, teste Dionysia Halicarn. & ex eo, & Cicerone observat P. Greg. l. 4. synag. c. 5. n. 12. Igitur populus per consuetudinem potest hanc jurisdictionem recuperare. Augetur secundum hanc difficultas, nam si veteres Ecclesie mores repetamus, nihil usitatis, aut legitimi inveniemus, quam iudicium populi in causis omnino Ecclesiasticis adhiberi, velati in Conciliis, in electionibus, & ordinationibus ministrorum Ecclesie. Populus enim in eis suffragium adhibebat, approbando, vel reprobando, ita ut qui dignus a populo acclamabatur, ordinaretur: qui vero indignus, rejiceretur, & nullus 14. dist. Nullus ordinatur clericus, nisi probatus vel Episcoporum examine, vel populi testimonio, c. Episcopus, 24. dist. D. Cyprianus ep. 68. ad Clerum: Ordinationes non nisi sub equali adfidentis conscientia fieri oportere, ut plebs presente, vel detegantur malorum criminum, vel bonorum merita praticentur. Plura Franciscus Hallierius de sacris elec. fol. 41. c. 81. Ergo consuetudo prescripta in populo Patavienfi, cum secundum iuris rationem, nec contra Ecclesie discipline esset, observari debebat.

Qua difficultate ita falca non obstante defendenda est presens Innocentii decisio, pro cuius vera ratione capessenda sciendum est, quod est principales persone sint iudicii, iudex, actor, & reus, c. foris, de o. s. l. inter litigantes 66. ff. de iudicio; iudex tamen recte a Baldo in rubrica C. si non compet. n. 2. iudicium dux, & imperator appellatur; & Vantius de nullitate, ad defectu iurisdictio. n. 2. Gaillius l. 1. obs. c. 42. n. 9. iudicem basim & fundamentum iudicii appellat; nam ipse est, qui processum iudicium dirigat; & inter litigantes se interponit, atque quod ab ipsis faciendum est, prescribit, jubet, mandat, denique auctoritate publica fungitur. Obwaldus l. 6. Donelli, c. 6. littera B. non autem quilibet iudex hac facere potest, sed tantum qui est competens, qui in presenti textu appellatur suus; nam iudices respectu causarum sunt competentes, vel incompetentes; & si incompetentes sententiam proferat, sententia nullius momenti est, l. 3. c. 3. C. si non compet. 6. §. si quis, ff. de iustitia repto, adeo ut nulla necessaria sit appellatio, non ex ea actio iudicati oriatur. Cajacius ad tit. C. si non compet. unde iudex datus in causa proprietatis, si iudicaverit de possessione, sententia nulla est, l. 1. C. si non compet. l. post. §. C. de sac. quia alia est causa possessionis, alia proprietatis, l. naturaliter, §. i. l. penult. de acquir. poss. inde etiam iudex militaris cognoverit de aliqua causa inter paganos, iudicium nullum est, l. 2. C. si non compet. Similiter de procuratore Cesaris ratiocinandum est, l. 1. C. de pedan. iud. & generaliter illud verum est, sententiam prolatam a non competenti iudice, nullam esse. Secundo pramittendam est, laicos non solum tamquam incompetentes, verum & tamquam incapaces de causis Ecclesiasticis cognoscere non posse, & sententiam ab eis prolatam ipso iure nullam esse, c. decernimus, ubi probabimus, de iudicio, auctor. sententiam, Cod. de Episc. & cler. Similiter de personis Ecclesiasticis cognoscere nequeunt; c. ne fideles, c. clerici, c. clerici 8. canonum 10. de iudicio, c. placuit, c. clericum, & fore per totum 11. q. 1. adeo ut ne ratione incidentie, & protogationis, aut consuetudinis laicus iudex capax fieri possit, c. si diligenter, cap. significasti, de foro compet. in quo magnum vestitur discrimen inter iudicem Ecclesiasticum & seculari, nam Ecclesiasticus ratione incidentie, prorogationis, aut consuetudinis potest reddi competens; laicus vero, cum fit incapax, nec ratione incidentie, prorogationis, seu consuetudinis potest fieri capax, ut docent Balboa, Vega & omnes primarii nostri d. c. 2. de iudicio.

Ex quibus profatæ ratio nostre decisionis, nam cum laici populi sint incapaces jurisdictionis in causis Ecclesiasticis, & inter Ecclesiasticas personas, nec preterit consuetudinis possunt fieri capaces, nec talis consuetudo introduci; nam consuetudo populi plus operari non potest, quam consuetudo ipsius populi: sed consuetudo populi non potest derogare immunitati Ecclesiasticæ, c. Ecclesia, c. qui in Ecclesia, de consuet. c. Clerici, de iudicio, c. cum veras de elec. c. causam, de prescrip. ergo nec consuetudo potest introduci, per quam immunitati Ecclesiasticæ derogetur, aut gravamen Ecclesie inferatur. Accedit & illa ratio, quod iustitiam huius consuetudinis etiam respectu causarum secularium fieri admissit; nam populus docendus est, non vero sequendus, c. de iudicio, 62. d. nec vane eius voces sunt audienda, l. ad bestias 31. ff. de iuris, l. de iuramento 12. C. de o. s. unguis que 22. q. 4. idque dicere probatur ex l. si privatus 17. ff. qui ex a quibus, ubi si privatus coactus a populo servum manumittere, libertas non competit, adeo ut constitutio D. Marci cautum fuerit, ut servus actor, id est qui in senis partes fabule agebat, non posset manumitti, quia plerumque talis manumissio cogente populo per acclamationem fieri solet; quod modo exponenda etiam est lex 3. C. qui manumittere non possunt; observavit Cajacius l. 2. obs. c. 22. Ictum enim est, ab Augustino in speculibus populum exercitisse, ut concedam servum manumittere, referente Sextonio in Tiberium c. 47. quod cum populus intenteret, imperante Hadriano, qui peritiorum, et traditorum erat, repulsi sunt, contemptaque eius voces fuisse traditorum in Hadrianum, Eadem Athenis viguile legem, testatur reliquit Aeschines contra Eschines. Que omnia fadent, & recte in presenti ab Innocentio decretum fuisse, populum Patavinum non esse consulendum in causarum decisionem, nec eius iudicium pro sententia sequendum. Deinde, nam populus vix probat, que probanda sunt, ut docent Aelianus de varia hist. c. 6. Seneca de vita beata, c. 12. ibi. Non tam bene cum rebus humanis agi-

12 Iudex de iur. esse competens.

13 Traditor de iur. esse competens.

ur, ut meliora pluribus placeant; argumentum pessimi turba est. Clemens Alexandrinus l. 5. Stromatus, ibi: Nec species sanam dum vis sepos esse referens, Terrent amentis nec se severitate vulgi; Iudicium sapientis, & iustum non habet ullum Vulgus, & in paucis vix hoc reperire licet. Iudicium enim ejus inconstans, & varium est; unde Socrates ait, vulgum motui cedere ut ligna securi; neque quidem est incognitum iudicium populi iudicis adversus Christum Dominum nostrum; primo enim cum excepit ut Regem, paucis post diebus clamavit Crucifige, ut refertur c. 21. Matt. Cnaronas, qui leges Atheniensibus dedit, de populo dicebat: Qui se populo committit, sortem non rationem sequitur. Tacitus l. 2. histor. ait: Plebi non iudicium, nec veritas est: populus presto, acclamationibus, & levitate movetur. D. Hier. ep. 23. ita vulgum describit; Vulgus habet os barbarum, proax, & in convitia semper armatum. Et Joannes XXIII. relatus a Solozano emblem. 97. populi iudicium ita definit: Quicquid laudat, venerationem dignum est; quicquid cogitat, vanum; quicquid loquitur, fallum; quod improbat, bonum est, quodque approbat, malum; & quicquid denique extollit, infame. Alia dabitur in c. 2. de elec. c. ex litteris, de excess. Pralat. Recte ergo in presenti Innocentius dicitur in iustam esse consuetudinem, per quam decisio causarum Ecclesiasticarum iudicio populi Patavini committebatur.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta; nam licet consuetudine acquiri possit iudicium cum non habenti, ut probant Petrus Marcha in concord. Sacror. & Imper. l. 3. c. 9. Thomas Delbene de immuni. Eccl. l. 1. dub. 15. §. 5. c. 6. id tamen procedit, & locum habet, quando qui eam non habebat, erat tantum incompetens, non vero si erat incapax, ut populus est, vel iudex laicus, de quo agit P. Suarez in defens. iudi. l. 3. c. 34. nam tunc nulla consuetudine, que rationabilis esse nequit, tolli potest incapacitas: & iura pro dubitanti ratione adducta procedunt in illis iudicibus, qui incompetentes erant, qui ratione consuetudinis legitime prescripte reddi possunt competentes; quare femina in regno Gallie virtute consuetudinis jurisdictionem exercere valet, & populus etiam consuetudine acquirere potest, ut sibi liceat de quibusdam causis temporalibus iudicium proferre. Nec obstat primam augmentum ipsius dubitandi rationis, ex quo dicebamus, populum per consuetudinem recuperare jurisdictionem, quam in Principem transtulerat per legem Regiam; & sic non de novo acquirere, sed amissam restaurare; nam illud procedit in jurisdictione seculari, & temporalis; secularis enim iudicium communi populi consensu fuit in Principem translata, l. 1. ff. de consuet. l. 1. c. 1. cum sequent. tit. 1. par. 2. at vero iudicium Ecclesiasticum nunquam fuit penes Republicanum, sed a iure divino originem sumit: unde nunquam populus potuit eam transferre in Pontificem. Covar. practic. c. 31. Cum enim huius jurisdictionis incapaces sint laici, c. in domibus, 19. d. c. si Imperator, 96. d. c. 2. cum sequent. 11. q. 1. nec consuetudine poterit populus eam acquirere. Nec augmentum ultimum aliquid probat; nam cum populus aderat in Conciliis, id fiebat non ut iudicium ferret, sed potius ut leges Ecclesiasticas ibi factas acciperet, & sustineret: similiter cum populus consensum prebuit in ordinationibus Ministrorum Ecclesie, non ex eo habere jurisdictionem arguebatur, nec Episcopi tenebantur populi suffragium in ordinandis presbyteris petere, led cum illis temporibus esse omnium fidelium unum cor, & quicumque nominis erant Christiani, magis charitate copulati, quam potestatem diversitate segregati viderentur; nihil mirum si Episcopi populum consulenter, non tamen ut exinde aliquid sibi jurisdictionem populus arrogaret, ut late dicimus in c. 2. de elec.

Superiori assertioni obstat textus in c. querelam 24. de elec. in illis verbis: Per electionem populi, ad quem de antiqua consuetudine pertinet electio. Ex quibus verbis deprimitur, populum consuetudine acquirere posse jurisdictionem in beneficiis & aliis prabendis Ecclesiasticis conferendis, five in eorum electione: igitur similiter consuetudine introduci valet, ut iudicium populi in causis Ecclesiasticis pro sententia habeatur. Cui difficultati satisfaciendum est asserendo, in eo textu populum consuetudine non acquiescere jurisdictionem aliquam, aut potestatem in rebus Ecclesiasticis, aut electionem, sed tantum presentationem propter iuspatronatus; quia cum ius hoc a laicis obtineri possit, c. 1. c. per eos, de iurapat. sic consuetudine acquiri valet, c. cum Ecclesia, de causa poss. cap. ex noleat, de his que sunt a Prelatis, licet per prescriptionem acquiri non valet, ut docent Fachinus l. 8. contrav. c. 24. Lambertinus de iurapatron. l. 1. parte 1. qu. 7. art. 19. num. 13. Balboa in c. ad aures, de prescrip. nu. 37. unde cum consuetudine in eo textu nulla iudicium acquiratur, sed tantum jus presentandi, ideo consuetudo observatur.

Secundo opponi potest textus in c. Romana, §. debet, de appellat. l. 6. ubi cum agatur de sententia prolata ab Episcopo, quomodo ab eis, & ad quem appellandum sit, asserit Innocentius IV. appellandum esse ad Archiepiscopum, nisi contrariam consuetudinem introduci fecerit, videlicet, ut ad iudicem laicum, aut populum appelletur. Ex qua decisione expresse deducitur, consuetudine introduci posse, ut populus, aut alia persona secularis de causis Ecclesiasticis per viam appellationis cognoscat: ergo & in nostro textu consuetudine introduci poterat, ut iudicium populi Patavienfi pro sententia haberetur. Cui difficultati satisfaciendum est dicendo, quod quamvis ex illius textus specie acquiri possit iudicium a laico per consuetudinem; hoc tamen procedit ex eo, quod iudicium erat secularis in sui principio, & in Episcopum fuerat translata, unde

14 Diffinitio dubitandi ratio.

15 Igitur quæ sit ratio de elec.

16 Intellegitur cap. quæ sit ratio de appell. in 6.

unde consuetudine potuit tolli obex, five impedimentum, per quod non poterat alius quam Metropolitanus de causis appellationis cognoscere. Tum quia quilibet res de facili revertitur ad suam naturam, c. ab excoisio 35. d. l. si unius 35. §. pater, ff. de pactis. Tum etiam, quia cum ipsa iudicium fuisset secularis, & ex accidenti in Episcopum translata fuisset, non est ratio, cur sicut in sui principio non excluderet talem consuetudinem, sicut non procedat, postquam est penes Episcopum, cum qualitas, five conditio rei non recipiat variationem ex persona mutatione, l. 2. §. ex bis, ff. de verb. oblig. præcipue cum origo quique rei generaliter in omni dispositione debeat attendi, l. quidquid 24. ff. de donat. l. clam. §. fide acquir. poss. l. l. cum 90. ff. de fideiussor. Ita illum textum explicat & exponit Augustinus de verb. signific. l. 2. c. 17. plures relati ab Elicobard Pontifice iurid. c. 21. §. 9. Vega in c. clerici 8. de iudic. n. 33.

Tertio adversari videtur textus in c. cum venisset 3. de eo qui mittitur in possess. in illis verbis: Secundum ius, & bonam consuetudinem terminandum: Ex quibus verbis colligitur consuetudinem populi circa causam Ecclesiasticarum decisio-

Explicatur cap. 3. de eo qui mittitur in possess.

nem esse observandam, & attendendam: igitur illa introduci potest, ut iudicium populi pro sententia servetur etiam in causis Ecclesiasticis. Cui decisioni aperto mare repugnat textus in c. cum causa, de sententia & re iudic. ubi expresse deciditur, consuetudinem Veronensium populi in causis Ecclesiasticis terminandis attendendam non esse. Pro quorum iurum conciliatione cum communi interpretum schola distinguendum est inter consuetudinem iustam, & consuetudinem iniquam: nam consuetudo populi recta est admittenda, etiam in causis Ecclesiasticis terminandis, cum sit recepta & introducta non solum a laicis, verum etiam a Clericis, qui populi appellatione comprehenduntur, l. 1. G. de summa Trinit. Valacius consulat. 100. At vero si consuetudo sit iniqua, ex traditis supra nullo modo valet observari: quo casu procedit textus in d. c. cum causa, cum consuetudo ratione carens, corruptela potius sit quam consuetudo: ita Balboa in c. 2. de iudic. n. 89. Unde cum in nostro textu agatur non de consuetudine iusta, sed de iniqua, atque a ratione aliena, ideo statuit Innocentius eam nullo modo observari debere.

C A P U T I V.

Idem Lucio a Vicario b Constantinopolim constituto.

Quanto de benignitate Sedis Apostolica locum obtines celsiorem, tanto tibi est sollicitus procurandum, ut te tales exhibeas in agendis, non declinas ad dexteram, vel ad sinistram, quod non minus re, quam nomine vice Apostolicas gerere videaris. Pervenit sane ad audientiam nostram, quod quidam simplices Sacerdotes apud Constantinopolim ex Sacramento presunt Fidelibus exhibere, que ab Apostolorum tempore rite fuerunt solis Pontificibus reservata, ut id Sacramento d Confirmationis, quod christiano renatos soli debent Episcopi per manus impositionem conferre, ad excusandas excusationes in peccatis, & sui erroris fomentum, solam consuetudinem præterentes: cum diuturnitas temporis peccata non minuat, sed auget; que tanto graviora existunt, quanto infelicem animam diutius detinent alligatam. Volentes igitur hæc, & alia que oculos divina Majestatis offendunt, de agro Dominico extirpari, discretioni tue per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus omnibus Latinis Presbyteris apud Constantinopolim constitutis districtè prohibeas, ne talia de cetero tua temeritate presument, que licet non sint a Fidelibus contemnenda, tutius tamen est ea sine periculo ex ea necessitate, que legem non habet, omittere, quam ut ab his, quibus ea conferre non licet, ex temeritate, que lege damnatur, & non sine gravi periculo inaniter conferantur; cum alios quosque subiectos tuos, & ab illicitis revocare fatagas, & ad faciendam bona verbo & exemplo pariter invitare: quibus quales pro te litteras destinemus, ex rescripti nostri serie perpendere poteris evidenter, Dat. Laterani xvi. Kal. Decembris.

N O T A.

A Veniens. Ita etiam habetur in c. 3. hoc tit. in tertia collectione, & in epistolis editis a Sileo p. 388. ex quo codice supplenda est hæc decisio. Vicarius Romani Pontificis, cui Innocentius rescribit in presenti, licet habeat tantum jurisdictionem extra Urbem, & in his que circa Urbem sunt, usque ad quadraginta miliaria, ut de eius officio & jurisdictione plura adductæ tradunt Flaminus Parisius de regim. benef. l. 7. c. 24. num. 5. Octavianus Vell. in practi. lib. 2. c. 16. Petrus Gregorius p. 3. synagm. l. 47. c. 35. n. 8. Cohelius in notitia Card. c. 55. tamen pleneque mittitur in aliam provinciam sicut suffulsi auctoritate literarum Apostolorum. Cohelius ubi sup. c. 13. congregat. 8. ut missus fuit Lucius ab Innocentio III. Constantinopolim eo tempore, quo ipsa civitas a Latinis occupata erat. Romani enim Pontifices usque ipso edocti, quantum conferret ad disciplinam Ecclesiasticam observandam, in distitis longe provinciis Vicarios constituebant, ut probat Petrus Marcha de Primatu Luchinensis, quæ dissertatio extat in appendice Concilii Claromont. & ita in Gallicana diocesi Vicarium constituit Zosimus anno 117. Arelatensem Episcopum, & postea Hormisdas Remigium Episcopum Rhenensem, & Gregorius primus Leandrum Hispanensem Episcopum in Hispania Vicarium constituit, & ita per Constantinopolim Vicarius hic, qui rescribit Innocentius, designatus fuerat. Idem Gregorius l. 4. in d. 13. ep. 52. Vigilii epist. 7. & Joannes VIII. ep. 93. 94. 95. eodem pene stylo delegaverunt Vicarios suos, ut adhibito competenti sacerdotum numero, causas canonica & Apostolica auctoritate discuterent, ut referunt varia de his Vicariis congeneres, Rousellus lib. 4. histor. iurid. Pontif. c. 6. Caballarius in notitia Concil. fol. 54. c. 234. ut aliqua corrigenter, emendarentque, & vices ipsius per omnia gererent, ut ex litteris infra referendis, quibus Innocentius jubet tam clericis, quam laicis Latinis Constantinopolim commorantibus, ut illum tamquam Vicarium Sedis Apostolicæ recipiant, constat; notavit Cironius in c. unico de translat. in c. 2. de confirmat. utilis in 5. compil.

b Constantinopolim. Constantinopolis olim dicta Byzantium, non ignobilis civitas fuit, ut ex Cicerone & aliis probat Angelus Petrica de appellat. dist. 3. led postea multis claudibus exagratam, & pluribus naufragiis jactatam, Imperator Caracalla restituit, teste Spartiano in his; sed iterum sub Gallieno oppressa & devastata fuit; tandem Constantinus eam mirifice auxit & illustravit, atque non tantum nomine, sed re ipsa illam alteram Romam fecit, unde caput civitatum dicitur in §. ult. institut. de iurid. & privilegia Urbis Roma illi communicata fuerunt, l. 1. Cod. de privilegiis ubi Constant. l. 1. c. Theodos. de iure Italico ubi Constantinop. can. 28. Concilii Chalcedon. Revardus l. 3. consuet. c. 17. Balengerus diatriba 3. ad Casaubon. demum divo Imperio Sedes Imperatoris Orientis fuit, Reginaque totius Græciæ, juxta Sionium.

Salve sepeverum Columen, Regina Orientis, Orbis Roma tui. D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. I. Pars I.

Plura de eius magnitudine, & laudibus post scriptores Byzantynæ historiz tradunt Berterius diatriba 1. c. 1. Raby Moyfes Almosinus de magnit. Constantinop. Balengerus de Imper. l. 1. c. 8. Ipsa imperialis civitas temporibus Innocentii III. capta, occupataque fuit a Gallis, & Venetis, atque Genovicus Flandri Imperator renunciatus, Patriarcha vero electus fuit Thoma Maurocenus, juxta pacta & conditiones, de quibus nonnulla adducam in cap. scriptum 40. de elec. unde Latini permixtim habitabant cum Græcis, & a Latinis juxta ritus Ecclesie Latine sacramenta accipiebant, Græci vero a Græcis juxta mores Græcicos, cap. quoniam 14. ubi notabimus, de esse, ordin. unde cum Latini presbyteri presumerent Latinis fidelibus Confirmationis sacramentum administrare, ut Græci presbyteri fidelibus Græcis, ratione consuetudinis Græcicæ conferrebat, Innocentius III. in presenti Lucio Vicario suo Constantinopolim degenti jubet, ut inhaberet presbyteris Latinis, ne virtute predictæ consuetudinis audeant conferre Sacramento Confirmationis, cum diuturnitas temporis eos non valeat excusare, & tutius sit hoc sacramentum omittere ex necessitate, quam ab eis qui conferre non possunt, inaniter suscipere.

c Confirmationis. Episcopis videlicet, qui plerumque in iure nostro dicuntur Pontifices, c. bone, ad 3. de postulat. Prælat. ubi notabimus; dicunturque Apollitorum successores; Leo ep. 66. probant Collocus de hierarchia l. 6. c. 7. Basilii Legion. 8. 3. scilicet, c. 9. pag. 183. Villarcol. c. 1. regim. Eccl. c. 1. imo & aliquando Apolliti, c. dominus, 93. d. notantur Savaus ad Sidonium l. 5. ep. 7. Bignonius ad l. 1. formul. Marcellis, c. 2. fol. 434. d Confirmationis. Ita appellatum Sacramento hoc ab effe. Melchides Papa in epistola decretali ad Episcopos Hispanie: Confirmatio armata, & instituta nos ad agnomem vira istius, D. Clemens l. 3. consuet. c. 17. ibi: Unquam est Confirmatio confirmatio, seu professio, scilicet fidei. Et c. ut sapienter, de consecrat. d. c. Concilium Africanum can. 1. c. 1. expressit Innocentius nosser in c. unico §. per frontis, de sacra unctio, ibi: Per frontis christimationem manus impressio designatur, que alio nomine dicitur Confirmatio; quia per eam Spiritus sanctus ad augmentum datur, & rebat; per quo enim sacramentum gratia cumulat, & fidei acceptæ in baptismo robur præstat; & hoc sensu per Confirmationem Sacramento Baptismi perfici docuerunt D. Clemens ep. 4. decretali, ibi: Omnia sunt sacramenta, sed sine mora renasti Deo, & demum significari ab Episcopo, id est Spiritum gratiam Spiritus sancti percipere, qui aliter profectus Christianismus esse non poterit, si non significatus, sed in rite, vel voluntate sic renasteris. Et rursus ibidem: Nisi renatus fuerit ab Episcopo confirmatus, perfectus esse Christianus nequaquam potest. Melchides in d. ep. Ita consuetudo, sunt hæc sacramenta, ut ad invicem, nisi morte transierint, & nullo modo possunt segregari, & unus sine altero rite perfici non potest. Urbanus, & Melchides relati a Gratiano in cap. 2. c. 2. de translat. dist. 5. Concil. Illiberit. cap. 38. Laodic. cap. 48. notantur Vicecomes lib. 1. de civibus Consuet. c. 2. Diana r. 5. tract. 3. resp. 30. Narbona de statu anno 7.







63. Ayala de Ecl. trad. 3. p. pag. 214. Episcopus ad ep. D. Pauli, l. i. digress. c. 1. & 2. Meliana in D. Hieronymum, verbo Episc. Corollarius in brevitate, anno 52. & 58. Hallerius, & Petavius ubi supra. Nec etiam obstant illa verba: *Magis consuetudine, quam dispensationis dominice veritate Presbyteri esse maiores*; que reperitur in *dicta c. olim*: nam illa interpretatio dicitur Dominici Soto, in 4. dist. 2. q. 2. art. 2. qui existimat verba illa stare relative, non absolute, dicendum est, differenciam inter Episcopum, & Presbyterum a D. Hieronymo ibi relatum, referendum esse post schisma exortum inter Christianos, qui tempore Apostolorum baptismum recipientes, existimantes gratiam a ministris accipere, aiebant: *Ego sum Petrus, ego sum Paulus*; quos reprehendit Apostolus 1. ad Corinthios, cap. 1. his verbis: *Numquid Paulus crucifixus est pro vobis? Ad quod schisma sedandum Ecclesia statuit, ut in civitatibus, in quibus Episcopalis cura commissa erat, Episcopos ordinaretur, ut ita sicut divino iure diversa inter se erant officia Episcoporum, & Presbyteri, sic etiam per diversas personas obtinerent: cum itaque ait D. Hieronymus, consuetudine Ecclesie introductum fuisse, ut Episcopi Presbyteri maiores essent, non negat maiorem reverentiam a iure divino, sed duntaxat ostendit, quod licet potestas Episcopalis in genere instituta sit a iure divino, tamen in particulari, & in acta accipitur immediate ab Ecclesia, & eius summo Pastore. Præfulerunt Baronius anno 38. u. 11. *Cæsar de Eccle. hierarch. dist. 6. n. 13*. Nec obstat augmentum difficultatis deducendum ex more apud Græcos recepto, apud quos Presbyteri ad Episcopum hoc sacramentum conferant, ut constat ex D. Augustino 2. 101. *universis 2. Testamenti*, illic: *Nam in Alexandria, & per totam Ægyptum, si desit Episcopus, confisunt Presbyteri*. ex Nicolao I. & Dionysio late probat Basilius Legionensis de Confirmatione c. 5. Nam omnia solutio vvaldensis de sacramentis c. 104. P. Suarez *volens tract. dist. 36. sect. 1.* qui affirmant Armenos, atque Ægyptios non errare in ministro Confirmationis, sed Confirmationem ipsam negare, atque D. Augustinum, D. Ambrosium, & D. Dionysium exaudiendos esse de alia unctione, quæ fit a Presbyteris statim post Baptismum, quos refellit Basilius *dicto c. 5.* dicendum est, prædictam consuetudinem ab Ecclesia tolerari, quia non eius ratione Presbyteri propria auctoritate sacramentum hoc administrant, sed potius ex tacita delegatione Pontificis, & expressa Episcoporum Orientalium, quibus absentibus, non vero presentibus, Presbyteri confisunt, unde ex commissione Pontificis, & Episcoporum, accedente ipsa consuetudine Græciana, Presbyteri licite conferunt Confirmationis sacramentum: nec hanc consuetudinem in Presbyteris Græcis improbat Innocentius in præfatis, sed tantum in Presbyteris Latinis, apud quos cum delegatio tacita Pontificis, aut expressa Episcoporum non daretur, ideo consuetudine introduci non poterat; ut licite, & valide hoc sacramentum conferret.*

14  
Exponitur  
& serventur  
34. dist.

Nec obstat ultimum difficultatis augmentum, quo dicebatur, ex delegatione, seu commissione Pontificis, posse Presbyterum simplicem sacramentum hoc conferre, pro cuius solutione fandum est, valde controversiam esse apud Interpretes, nam ex delegatione Pontificis possit simplex sacerdos sacramentum hoc administrare. Negant Durandus, Major, & Adrianus in 4. dist. 7. de confirm. q. 2. de Castro de heresibus, verbo Confirmatione, & de punit. heret. lib. 2. cap. 21. Henriquez lib. 3. summa, c. 6. §. 2. littera L. Moure in exorn. Theolog. 7. cap. 2. §. 3. Petrus Sarras Polanus in Concil. Trid. histor. lib. 2. pag. 279. qui ex eo moventur, nam quæ ratione ordinis Episcopi competunt, delegari non possunt, & neque de confer. Ecclesie: sed collatio sacramenti Confirmationis ipsæ ab Episcopum ratione ordinis, ut supra probavi: igitur hæc facultas administrandi hoc sacramentum Presbyteris delegari non potest. Contrariam tamen sententiam, quam ut probabiliter tamenque defendimus, tenent post D. Thomam 2. 2. q. 72. art. 11. plures a Barholo congeiti de punit. Episc. 2. p. alleg. 20. n. 4. & in præfatis n. 7. & in cap. iunio, n. 12. de sacra Ordinis, Diana 8. p. tract. 1. refol. 3. Leander de sacram. tract. 3. dist. 2. q. 2. Tamburinus de iure Abbat. 2. tom. dist. 3. qu. 1. m. 5. Fragoletto de regim. resp. lib. 1. c. 1. §. 9. Card. Lugo in consilio, pag. 11. P. Hurtado de confirm. dist. 1. 3. Basilius Legion. cod. tract. 3. qu. 3. cap. 3. Hurtado de heresibus, tom. 1. refol. 5. refol. 6. pag. 279. Ex auditoribus Anton. Augusti in Gratianum lib. 1. dist. 17. Viccomes lib. 1. de ritibus Confirm. obfer. 8. & 22. & lib. 3. de Baptismo, cap. 5. Laurentius Landmeter, lib. 2. de veteri clerici, cap. 27. Baptista Casaluis de veter. Christi. ritib. cap. 23. Zerda ad Terrull. lib. 2. de Baptismo, cap. 8. m. 108. Severinus Binus, Petrus Arcadius, Storz Pallavicinus, Sirmundus, & P. Aurelius, quos laudat, & sequitur Præceptor eximus noster D. Franciscus Ramos ubi supra, §. 1. Martinez a Prado tom. 1. de sacram. qu. 7. dub. 11. §. 3. Fr. Antonius Perez in pentateuch. fidel. volum. 4. cap. 3. m. 62. Nicolaus Romeus in effig. Cæticis, color. 23. Sabotzanus tom. 2. de iure Ind. lib. 3. cap. 18. num. 24. Caballutius in notis Concilii, in can. 1. Concilii Arantici, Joannes Darris in addit. ad dist. 5. de confer. quorum sententia aperte ex dicto cap. peruenit 97. dist. ubi Gregorius Magnus permittit, ut ubi Episcopi deficerent, Presbyteri baptizatos sacro chrismate in frontibus deficerent, cuius facti meminerunt Patres Concilii Florentini in decreto Eugenii, §. secundum, illic: *Legitur tamen aliquando per Apostolica Sedis dispensationem ex rationabili, & urgente admodum causa simplicem sacerdotem christiane per Episcopum confisendo hoc administrasse Confirmationis Sacramentum*. Et D. Gregorius egisse de simplicibus sacerdotibus, & de Sacramento

Confirmationis, agnovit Concilium Florentinum ubi supra; quamvis aliqui apud Vvidiformam ad sexum articulum Vvidid. varicicra hoc sentiant, & perperam voluerint S. Pontificem vel egisse de sacerdotibus Episcopis, vel de alia unctione, quam confirmativa: & Gregorius successores pieternique concessisse privilegia monasterii, ut simplicibus presbyteri possent hoc sacramentum administrare, jam supra retuli. Accedit Concilii Florentini decretum in d. §. secundum, ubi de confirmatione ajunt Patres: *Ordinarius minister est Episcopus*. Constat Concilium Trident. sess. 7. de Confirmat. cap. 3. ex quibus recte colligitur, siue intelligatur, alium posse ut ministrum extraordinarium confirmationem administrare. Facit tandem Concilium Senonense in decretis morum, cap. 38. ubi cum Patres supponerent, Abbates non habere potestatem confirmandi, hæc verba subiungunt: *Quod si qui sint, qui coarctant, sibi competere hanc facultatem ex privilegio, volumus quod cum primam fuerint requisiti a suffraganeis nostris, de privilegio sibi fecere tenentur*. In quibus aperte supponitur, ex privilegio posse confirmandi facultatem aliis ab Episcopis competere. Quia opinio retenta, non obstat contrarium fundamentum; nam licet ratione Ordinis Episcopalis Episcopus sit ordinarius minister, tamen Presbyter extraordinarius esse potest, quia habet cum ordine, saltem inchoatum, & imperfectum. Ubi virtute huius consecrationis remoret, accedente delegatione potest Presbyter valide conferre hoc sacramentum.

Sed adhuc supra dictis advertebat textus in canone 2. Concilii Barolinensis a. temporibus Recardi Regis celebrati, in illis verbis: *Simili etiam statum conditione est, ut cum chrismate Presbyteri alacris pro neophytis confirmandi datur, nihil pro liquoris pretio accipiatur, ne gratia Dei pretio benedictionis infusa simoniacum interitum ementibus, vendentibusque adficiat*. Ex quibus deduci videtur, Presbyteros chrismate accipere, ut neophytis confirmationis sacramentum conferant. Pro huius Canonis interpretatione dicendum est, in eo tantum prohiberi a Patribus, ne prætaxa liquoris pretium accipiant, pro chrismate ab Episcopis, a quibus Presbyteri quotannis chrismate petere debent. Concilium Carthag. 4. can. 36. Presbyteri, qui per alacris Ecclesie regunt, a suis Episcopis omni anno ante festum Iohannis Baptistæ chrismate petant. Et cap. omni 124. cap. Presbyteri, de consecrat. dist. 4. non videtur, de officio in d. c. d. Antonius August. in epi. iuris, lib. 23. tit. 2. Severinus Binus in notis ad epist. 2. Fabiani: quod chrismata proprio Episcopo acceptum sub fidei custodia presbyteri servare debeant, c. 1. de custod. Eucharist. Concil. Arlat. can. 18. Presbyteri sub sigillo custodiant chrismata, & nulli sub prætextu medicine, vel consuevit rei donare presuntur. Turon. can. 20. Presbyteri insuadendum est, ne sacra chrismata foras conculcave dimittant, ubi a quolibet arripi possit. Metense can. 3. Vi. Episcopi alacris visitantes, neophytis confirmato possint, & cap. eorumdem 7. 10. qu. 3. Concil. Meldense can. 28. unde in dist. can. 2. Concilii Barolinensis non traditur chrismata Presbyteris, ut ipsi neophytis eum conferant, sed tantum ut custodiant, ad hoc ut Episcopi diocesani peragrantes eos confirmare possint.

Secundo advertebat textus in can. 2. Concilii Arantici, in illis verbis: *Hierosolymis in mortis discrimine positus, si catholici esse desiderent, si desit Episcopus, a Presbyteris cum chrismate, & benedictione confingenti placeat*. Ex quibus aperte probatur, Presbyteros simplices posse sacramentum Confirmationis administrare. Pro cuius canonis vera expositione sciendum est, primis Confirmationis sacramentum ministraretur, verum cum sequentibus facultatibus baptizantibus Episcopis non facile adessent, qui chrismate baptizatos signarent, pluresque sine chrismate unctione decederent, Sylvester Papa constituit, ut absente Episcopo Presbyteri chrismate baptizatos luarent. Damalus Pontifex in Pontificali, ubi de Sylvester ita ait: *Hic & hoc constituit, ut baptismum unius presbyteri chrismate, levatum de aqua, propter occasionem transitus mortis, Fortunatus lib. 1. de celest. offit. c. 17. ibi: In gestis Pontificibus legitur, Sylvester Papa instituit, ut a Presbytero ungeretur neophytus in cerebro*. Et statim: *Si quis sine chrismate migraverit de seculo, petens salutem iter arripit*. Hoc prævidens Sylvester Papa, in quantum potuit, & subvenit, & propter absentiam Episcoporum, necessitatem addidit, ut a Presbytero ungerentur. Rupertus lib. 5. de divinis officiis, cap. 16. Legitur autem in gestis Pontificibus, quod Sylvester Papa constituit, ut baptismum unius Presbyteri chrismate, levatum de aqua, propter occasionem transitus mortis, ne propter absentiam Episcopi, & difficultatem eum consequendi, sine minus impositione baptizati migrarent. Hugo a Sancto Victore lib. 2. de sacram. p. 7. cap. 3. Primis temporibus omnis unctio chrismate per solos Pontifices fiebat: sed postea institutum est, ut baptismum sacerdos in vertice unius, consuevit tamen frontis solis Pontificibus reservaretur. Late illustrant hæc unctionis ceremoniam P. Joseph a S. Maria de ritibus Baptismi, cap. 23. Josephus Viccomes cod. tract. lib. 5. cap. 3. & 4. Hanc igitur unctionem cum chrismate in vertice baptizati Presbyteri faciebant absente Episcopo. Leo I. epist. 88. Sed neque coram Episcopo licet Presbyteri in Baptisterium introire, nec presente Antistite infantem tingere, aut signare. Concil. Tolet. 1. can. 24. Statutum vero est, Diacorum non chrismate, sed Presbyterum absente Episcopo, presente vero, si ab ipso fuerit præceptum. Cum enim hæc unctio chrismate a B. Sylvestro fasset instituta ut vicaria, in subsidium, & locum Confirmationis, quam Episcopi absentes, & multitudine præcedit statim post Baptismum conferre non poterant, ideo nisi illis absentibus, aut presentibus de eorum licentia.

Pres-

Presbyteri chrismate unctionem facere in vertice baptizati non poterant. Quibus ita animadvertis cognoscitur vera interpretatio prædicti Concilii Arantici; nam cum heretici ad fidem conversi, perperam antea baptizati, per baptismum recipi deberent, c. de Arantius 109. de consecr. dist. 4. & statim confirmandi essent, aut saltem absente Episcopo per presbyterum chrismate ungerendi; ideo ajunt PP. Concilii Arantici in moris discrimine hereticos positos, si catholici esse desiderent, & desit Episcopus, a presbyteris cum chrismate, & benedictione confirmandos esse: Quæ verba non sunt accipienda de confirmatione, sed de prædicta unctione cum chrismate: quæ interpretatio aperte probatur ex citone antecediti ipsius Concilii Arantici, qui reperitur apud Gratianum in cap. nullus 124. de consecr. dist. 4. ubi hæc unctio appellatur tantum benedictio: De hac etiam unctione cum chrismate, non vero de Confirmationis sacramento accipiendi sunt textus in c. presbyteri 119. c. presbyteri 120. c. omni tempore 124. de consecr. dist. ubi presbyteris permittitur hæc unctio cum chrismate in vertice baptizati.

17  
Exponitur  
D. Chry-  
stostomus.

Etiam supra traditis advertebat videtur D. Chrystostomus homil. 11. in epist. 1. D. Pauli ad Timotheum, c. 3. in illis verbis: *Cum istud, quia scilicet inter Episcopum atque Presbyterum intercesserit, non est, quippe, & Presbyteri Ecclesie cura permittitur, & quæ de Episcopi dicit, ea etiam Presbyteris congrunt; sola quippe ordinatio superioris illis sine, & æque hoc tantum plurimum Presbyteri habere videtur*. Quæ verba ita expendit Hallerius de divinis Episcop. in lib. 1. art. 7. sola ordinatione, id est ordinandi potestate Episcopi Presbyteri majores sunt, igitur quoad confirmandi facultatem, æqualem habent Episcopi, & Presbyteri. Cui difficultati, omnia solutio ipsius Hallerii, qui existimat ordinandi potestatem tantum a B. Chrystostomo fuisse expressam, quia hæc Episcopi prerogativa, ordinandi videlicet facultas, difficultus presbyteris communicatur: dicendum existimo, verba illa, sola ordinatione, non esse referenda ad ordinandi potestatem, Episcoporum propriam; sed ad gradum ordinis Episcopalis, quo distinguuntur Presbyteri ab Episcopis, & cujus virtute competit Episcopis facultas administrandi sacramenta Confirmationis, & Ordinis: unde recte ait D. Chrystostomus, curam animarum æqualiter competere Presbyteris ac Episcopis, inter eosque nullam dari differentiam, excepta sola ordinatione, id est Episcopali gradu, cujus virtute Episcopus minister est ordinarius Confirmationis, & Ordinis.

18  
Exponitur  
can. 2.  
Concilii  
Regienfis

Rursus supra traditis opponi potest canon. 4. Concilii Regienfis, in illis verbis: *Et inter ministros dilectionis, & indolentis, visum est omni presbytero per familias, vel agros, per privatas domos, pro desiderio fidelium habere facultatem benedictionis aperire, quod nunquam sine sollicitudine habere occurrit*. Hinc autem etiam in Ecclesiis plebibus, per loca tamen magis, quam per urbes hoc idem visum est irribendum. In Ecclesia quæque, in qua ordinatus fuerit, consecranda virginem, sicut confirmandi neophytum, ius habebit, & per omnia, ut sit multa indulgentia testimonium, semper se inferiorum Episcopo superiorum Presbytero agat. Ex quibus verbis expresse deducitur, presbyteros posse sacramentum Confirmationis administrare. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est: in eo canone agi non de simplici presbytero, sed de Chorepiscopo: olim enim in pagis, & minoribus civitatibus consecrabantur Chorepiscopi, qui ut Vicarii Episcoporum in eis sacramenta administrarent. Concilium Antiochenum can. 10. & 18. Sardicene can. 6. de quorum potestate, & conditione agemus c. 1. de privileg. Illi ergo, præcipue in Gallia, superbia elati, non solum in Ecclesiis propriis, verum in aliis baptizatis Confirmationem ministrare, chrismate benedicere, virgines consecrare audebant, ut probat P. March. lib. 2. concord. Sacror. & Imper. cap. 13. & 14. lib. 6. cap. 26. unde in dicto Concilio Regienfi modus prescriptus fuit Chorepiscopi, videlicet ut in propriis Ecclesiis tantum fideles benedicerent, neophytos confirmarent, virginesque consecrarent, quod & cautum fuit in can. 1. ipsius Concilii, in illis verbis: *En confirmationis permittitur benedicere, & ut supra de finibus est, in una, & eadem Ecclesia neophytos confirmare, in castellis ac vicis totum illis ante presbyteros (sicut veneris) licet, quod in christianis omnino prohibetur*. Et tandem temporibus Caroli Magni, cum eorum ambitio comprimi nequirit, per Leonem IV. in Synodo Romana amoti fuerunt, & in exilium missi, ut constat ex lib. 7. cap. 4. 197. ibi: *Prædictus autem Chorepiscopus omnes præcipit damnari, & in exilium derivari, ita vero omnes, maxime Regni nobis in Deo commissi Episcopi, cum eodem Antistite, permittente præfato Apostolico, minime tractantes, iam dictos villanos Episcopos inter Presbyteros sta-*

tuerant. Latius prosequitur Marcha d. cap. 12. & nos plura dabimus in cap. 1. de privileg.

19  
Exponitur  
c. nullus  
de consecr.

Ex eadem etiam observatione exponendus est canon Concilii Ancyraei, relatus a Gratiano in c. nullus 125. de consecr. dist. 4. quem adjecta negotiatione ita edidit Jacobus Sirmundus in editione Conciliorum Gallie: *Nullum ministrorum, qui baptizanti recipit officium, sine chrismate usquam debere progredi; quia inter nos placuit semel chrismari. De eo autem, qui in baptismate, quocumque necessitate facione non chrismatus fuerit, in Confirmatione sacerdos commovebitur. Nam inter quoslibet chrismatus ipsius non nisi una benedictio est; non ut prædictis quilibet, sed ut non necessaria habeatur repetita chrismatio. Qui quidem textus valde difficilis est, siquidem in eo docetur, simplicem sacerdotem posse sacramentum Confirmationis conferre, ideoque dum baptismum administrat, non debere progredi sine chrismate. Canon hæc negationem illam, nos, adiecit Sirmundus, quem contra Petrum Aurelium defendit Petrus Marcha in notis ad can. 2. Concilii Claromont. ita ut sensus præfatis canonis sit, videlicet PP. præcipere, unicam, eamque in fronte chrismatis unctionem fieri, ideoque ministrum Baptismi chrismata in promissa habere debere, ut mox baptismum linat. Si vero casu chrismatus in baptismate quilibet non fuerit, commendandum Episcopum esse in Confirmatione, nempe ut baptizatus, cui chrismata administratum non sit in baptismate, tunc ab Episcopo chrismatur; inde chrismatis unam esse benedictionem, vel in baptismate, vel in Confirmatione; necessariam autem non esse repetitam chrismationem, semel scilicet a Presbytero in baptismate, & iterum ab Episcopo in confirmatione, quæ illa magis impositione conferretur. Afirmative legentes canonem Iohannis Petrus Aurelius, & Severinus Binus, ejus sensum ita eliciunt: Nullus presbyterorum, aut Diaconorum, qui ad ægros, vel laborantes accedunt baptismi gratia, absque chrismate progrediatur, quia id constitutum est, ut baptismata ab eis non admittantur sine chrismatis unctione, quam semel tantum conferant; nulla alia, scilicet extra baptismum, chrismatione illis permittitur, quæ tunc ab Episcopis administrari debet. Si quis autem in baptismate chrismatus non fuerit, Episcopus ea de re tempore Confirmationis admonendus est, nempe ut baptismum creant a confirmatione, & ad presbyterum remittat prius chrismatum in vertice; ipse enim Episcopus cum idem chrismationem præbere non potest, quia chrismatis ipsius non nisi una benedictio est, id est chrismatis Episcopalis. Est autem duplex benedictio illius chrismatis, si Episcopus prius vicem ejus, quæ a presbytero petenda erat, deinde suam expleat. Ceterum a presbytero petenda est prima chrismatio omnia, quia necessaria est repetita chrismatio, nempe prima illa baptismalis, & secunda, quæ ab Episcopo adhibetur in Confirmatione. Quod eo non pertinet, ut chrismatis baptismalis omissionem sola necessitate contrahat cuiquam obesse, aut chrismationis Episcopalis vim minuire PP. velint, sed sine illi huiusmodi præjudicio, repetita chrismatio, seu chrismatio duplex, necessaria habeatur. Verum hæc interpretatio sustineri nequit, cum aliena sit a verbis ipsius canonis, & illius sententiam potius obtrudat, & inextricabilem reddat, quam explicet: quare ea omnia dicendum est, in eo canone duplicem casum proponi: in primo agitur de unctione baptizati in vertice, quæ presbyteris permittitur, & ex iuribus supra traditis, quam institutam fuisse a D. Sylvestro referunt Amalarius, & Rabanus re-lati ab Hallerio in vindiis, obfer. 1. c. 1. §. 3. & in dicto canone ejus necessitas injungitur, ideoque jubetur, ut qui baptizatus intendit, sine chrismate non progrediatur. Secundus casus proponitur, cum omnia fuit hæc unctio a baptizate ob necessitatem emergentem; & statuitur, ut tunc tempore Confirmationis ministrandæ ab Episcopo, ipse commoneatur, non ut baptismum mittat presbytero ad præmittendam verticis unctionem, sed ut ipsum chrismate unget tantum, si illi visum fuerit; alias si duplici chrismatis unctione illum finire velit, nihil obesse mysterio, quia superflua non nocent; at tamen repetitam chrismationem necessaria non esse; Quoniam, & ajunt PP. chrismatis ipsius inter quoslibet non nisi una est benedictio; id est; una, eademque benedictione consecratum est chrismata, quæ ununtur Episcopi, & Presbyteri; adeoque licet unctio in baptismate omnia fuerit, ex eo nullum sequitur damnum, cum refarciatur copiose in chrismate Confirmationis: & ita primus casus, in quo de Presbytero baptizate agitur, referendus est ad unctionem verticis; in secundo vero, ubi de Confirmatione per Sacerdotem, intelligendus est Episcopus, non simplex Presbyter.*

C A P U T V.

Item Decano, & Capitulo a Genomanensi.

Cum inter vos ex una parte, & Canonicos S. P. de b Curie ex altera, super eo, quod dicti Canonici S. P. generale c interdictioni a Venerabili fratre nostro Episcopo d vestro, vel e vobis in civitate Genomanensi posium non servant, questio verteretur, utraque pars, ut eadem causa posset sine debito terminari, suum nuntium ad Sedem Apolliticam destinavit. Partibus igitur in nostra præsentia constitutis, per procuratores idoneos audientiam præbuit liberam, & benignam. Et quidam Ecclesia vestra propofuit procurator, quod cum Genomanensis Ecclesia suo loco, & tempore pro excessibus secularis f Potestatis interdictione voluit supponere g civitatem Ecclesia S. P. de Curie, tanquam membrum suo capiti non adherens, b campanis pulsatis, apertis i januis, j divina Officia celebrare, aliis cessantibus, non omisit. Cum autem Venerabilis frater noster Hoffenensis k Episcopus tunc h partibus illis Legationis officio fungeretur, iidem ad ejus præsentiam accedentes, suam ei super hoc querimoniam expo-







cautum est, ne inutiliter, & vane apponeretur; cum in eis Ecclesiis facile divina officia celebrarentur, & ita interdictum iane redderetur. Nec quod dicebamus de privilegiis, aliquid facit; nam procedit argumentum illud, quando non militat diversa ratio, sed eadem datur, ut in presenti specie militabat: sicut enim ex eod. Canonici virtute consuetudinis

CAPUT VI.

Idem a Helensi Episcopo.

Cum olim venerabilis frater noster b Londoniensis Episcopus nostris auribus intimasset, quod in sua Ecclesia propofuerat statuere Praeceptorem, certum redditum assignatum eidem sine laesione cuiusquam: nos ejus precibus inclinati e licentiam ei concessimus a Praeceptorem hujusmodi e ordinandi, dummodo in conferendis sibi redditibus nulli praedictum inferretur. Nihilominus statuentes, ut Praeceptor taliter institutus in sessionibus, processionibus, & aliis illam haberet in Londoniensi Ecclesia dignitatem, quam habent alii Praeceptores in aliis Ecclesiis Anglicanis. Postmodum autem nostris fuit auribus intimatum, quod licet idem Episcopus dilectum filium B. in eadem Ecclesia instituisse Praeceptorem, quod tamen a nobis fuerat de praedicta dignitate statutum, biennio jam elapso exequi non curarat. Quapropter tibi dedimus in mandatis, ut illud, sublatu cuiuslibet contradictionis, & appellationis obstaculo, exequi non postponeres, contrafactores per censuram ecclesiasticam compescendo. Noviter vero dilectus filius Decanus, & quidam alii b personatus habentes in Ecclesia memorata, suam nobis transnferre querelam, quod cum per Anglicanas Ecclesias consuetudines sint diversae, ac quidam Cantorum minorum, quidam vero majorem habeant dignitatem, nec possint dignitates eorum, cum sint vel variae, vel repugnantes, convenire simul in unam, is qui noviter est institutus in Ecclesia Londoniensi Praeceptor, non contentus eo quod habere potest sine praedictum aliorum, occasione litterarum nostrarum, qualdam ipsius Decani, & aliarum personarum ejusdem Ecclesiae dignitates sibi nititur in eorum praedictum arrogare. Quocirca fraternitati tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus si secundum diversas consuetudines locorum, diversas noveris habere Praeceptores in Anglicanis Ecclesiis dignitates, jamdictum Praeceptorem illam habere facias in Londoniensi Ecclesia dignitatem, eaque, appellatione remota, permanere contentum, quam rationabilibus, & approbatis consuetudinibus ejus salvis, sine aliquo praedictum poterit obtinere.

NOTAE.

a Helensi. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 5. De Helensi Ecclesia Angliae egi in c. pastorali, de restr. & ejus fit mentio in c. 3. de integritate restit. c. ceterum 5. de juram. cal. c. audita 4. de restit. spoliat. c. 2. de dolo, & contum. c. constitutus 30. c. in nostra, 32. de testibus. Londoniensi. Londoniam civitas regia est in Anglia, Regni caput, vulgo Londres, civibus praecipue alienigenis frequentissima, divitiis ac opibus affluens: in ea Reges diademate insigniuntur, Parlamentum ibi celebratur, & administratur antiquo Britannorum Regum privilegio a viginti quatuor civibus, quos Aldermans, quasi seniores Angliae vocant. Polydorus Virgilius lib. 2. histor. Angl. hac refert: Anno 604. ordinatur Archiepiscopus: & sic facta est Ecclesia Catholicae subfraganeus Archiepiscopi Cantuariensis. Eius mentio extat in c. 1. de renunc. c. 1. de temp. ordinar. c. veniens 5. de sil. presb. c. 1. de officio deleg. c. in nostra 32. de restit. c. G. 11. de sine instr. c. querelam 10. de iurjur. c. 1. de sequis. posses. in 5. compil. ubi Gronovius. c. Licentiam. Hic disputant interpretes, an Episcopus in consilio Romano Pontifice possit novam erigere dignitatem in sua Ecclesia. Negant Glossa verbo Omnes, in c. 1. dist. 22. & verbo Concessimus, in presenti, Imola in c. cum accessisset, num. 4. de consil. Mandosus, Romanus, & Pelinus apud Barbofam de dignit. c. 2. num. 2. Affirmant Batrius, Zabarella, & Abbas in presenti, Selva de benef. part. 1. quest. 4. num. 18. & part. 4. quest. 7. num. 120. Azor 2. part. instr. lib. 6. c. 30. q. 10. Loterius de re benef. lib. 1. qu. 5. nu. 16. Zerola in praesi, verbo Beneficia, nu. 36. Valenzuela tom. 1. consilio 33. nu. 87. quorum sententiam ut veriorum sequitur Barbofa d. c. 4. nu. 2. Nec contrarium probat textus, nam in ejus specie nulla adest mentio consensu Capituli; unde creditur Episcopum solum novam dignitatem statuere intendisse; & sic confirmationem Sedis Apostolicae postulare. Vel dici potest, ad cautelam tantum petitam fuisse. Quae interpretatio laudari potest ex epistola 70. lib. 2. regest. 14. ibi: Cum praer decess. & cito praesentibus, qui in Ecclesia tua esse noscuntur, alius de novo de redditibus mensis tuae creare disponas, & de tuorum Canoniceorum assensu statueris, ut vigesimo Canoniceorum numero eadem Ecclesia sit contenta: fraternitati tuae, de cuius discretione plenum iudicium obtinemus, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ad super his, sublatu cuiuslibet appellationis, & contradictionis obstaculo, de tuorum Canoniceorum assensu constitutas, & quod institutas fuerint, & existant Ecclesiae utilitati videtur expedire. d. Praeceptorem. Quisnam vero fit Praeceptor, a paucis animadversum invenio; credo tamen eundem esse ac Cantorem, c. Clerus, & Praeceptor, 21. dist. 1. & tantum pro locorum diversitate diversimode appellatur, aliquando Cantor, aliquando Primicerius, ut docent Manrique de praedictis, qu. 30. nu. 1. Azor, Reginaldus, & alii apud Barbofam de dignit. c. 9. num. 10. In Ecclesia Lugdunensi etiam Praeceptor appellatur, c. cum pro causa, de sentent. excom. & In Ecclesia Senonensi, c. 1. de postulat. Presb. in Ambianensi, c. significavitibus 28. de restit. in Herfordiensi, c. significavitibus 48. de appellat. Praeceptoris vicarius dicitur Succentor, c. Clerus, & inter dilectos, & Ordinandis. Id est eligendi, sine instituti, & si tibi absentis, de prob. in 6. Ordinationis enim in Jure nostro ampla est significatio, cum non solum ordinationem, verum etiam electionem personae, quae in aliqua Ecclesia institutionem, & descriptionem significat: de qua re illustra

possunt interdici sententiam proferre, aut ob privilegium illi concessum illud ab Episcopo possum non servare, non diffiniuntur nervus ecclesiasticae disciplinae, sicut ex consuetudine in presenti textu improbat. Similiter neque in casu privilegii, cum ex iustis causis illud Romanus Pontifex concesserit.

exempla peti possunt ex Concilio Arelatensi I. can. 2. & 21. Arelatensi II. can. 54. Carthaginensi III. can. 46. Cum enim ut ait Budeus in l. honores ff. de decur. ordinare nihil aliud sit, quam aliquem ad honorem, vel magistratum promovere, seu ut loquitur Cicero, oratore, honoribusque augere; ordinatio ecclesiastica nihil aliud est, quam ad ecclesiasticam dignitatem promotio; unde passim in Jure nostro legitur, alique in aliqua Ecclesia ordinari, id est eligi. Plura Hallier. de sacris elect. c. 4. fol. 7. f. Anglicanis. Anglia enim habet duas Ecclesias Archiepiscopales, Cantuariensem videlicet, & Eboracensem: prima parent ut suffraganei viginti duo Episcopi: secundae tres subsunt. Eos refertur Candenius in descript. Angliae, & Barbofa de praesentibus Episc. tit. 1. c. 7. Carolus a S. Paulo in Geogr. sacra. g. Non curatur. Videlicet assignando proventus, & locum in Choro, & Capitulo, sine praedictum aliorum Capitulum, secundum consuetudinem Ecclesiarum vicinarum, h. Personatus. Sunt personatus in Ecclesiis Cathedralibus tantum quadam praerogativa, seu dignitates quae praecedunt Canonice, habentque locum honorabiliores in sessionibus, & processionibus; ut docent ultra congeitos in c. 8. de rescriptis, & Barbofa de dignitat. c. 4. num. 19. Caesar de Ecclesiis, hierarch. distat. 12. §. 3. num. 10. & Praeceptorem, de quo in nostro textu, tantum personatum esse, sentit Rebuffus in praesi, tit. Beneficium quaeplex, licet contrarium sentiat Petrus Gregorius libro 15. synagm. c. 22. unde cum Praeceptor noviter institutus voluisset majorem dignitatem obtinere quam alii personatus, inde tam Decanus, quam alii Canonici coram Pontifice comparuerunt.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu talis deducitur conclusio: In tribuendis honoribus novo dignitati consuetudo vicinarum Ecclesiarum attenditur; & si diversa sint, quae magis rationabilis videtur; & aliter minus praedictum. Quae conclusio singularis est, per argumentum tamen probari potest ex c. super eo, de consil. c. cum Ecclesia, de elect. c. super eo, de cognat. spirit. leg. cum de lanonens. §. 3. ff. de fundo instr. c. 1. de suppl. lib. 1. leg. tutor 7. §. 10. ff. de administ. tutor. l. quod si nollis 31. §. qui assidua, ff. de adilit. edicto, l. si servus 56. ff. de legat. 1. l. num. mitis 75. de leg. 3. illustrant Gutierrez lib. 3. praesi. quest. 17. num. 215. alii plures congeiti a Barbofa in presenti, & in selectis ad nostrum textum, & allegat. 78. num. 17. Salgado, de protelat. regis, 2. part. c. 9. num. 18. Elcobar de Regia c. Pontif. c. 24. Bobadilla lib. 2. Polit. c. 10. num. 48. Solorzanus in allegat. pro consil. num. 31. & 55. Manrique de praedictis, quest. 18. Castillo de tertis, c. 41. num. 64. Alesterra in presenti. Haec tamen assertio impugnari potest sequenti consideratione; nam in rebis ecclesiasticis non attenditur unius, aut alterius Ecclesiae consuetudo, sed tantum Romanae, c. in casu, de re iudic. c. qui nescit, 11. dist. 2. de tempor. ordin. c. ad abolendam, & de haer. c. consilium, de observ. servator. aut saltem Ecclesiae Metropolitanae consuetudo requirenda est, c. de his, 12. dist. c. ult. de sponsa duorum. Igitur vicinarum Ecclesiarum consuetudo attendi non debet. Deinde cum diversa sunt, quae minor est attendi debet, argumento textus in l. in stipulationibus, ff. de regulis juris. Sed hac dubitanti ratione non obstante, vera est dicta assertio, pro cuius expositione primo observo, consuetudinem praecipue attendendam esse in praedictis, & assignando loco dignitati; unde assignare tribunalia dicitur in l. penult. ff. de iur.

10 Traditur subdandi ratio. 11 Traditur ratio decidendi.

de iustis, & iura: sedem in provincia, l. 1. ff. de officio Praef. Augusti. & per eam dignitatem agnosci docent Salgado, de proleg. part. 2. c. 9. n. 18. Magistrus de magistrat. lib. 5. c. 4. n. 30. & consuetudo totum facit in materia praedictis, l. Trimerici, c. de officio Praefecti Urbis, l. 5. §. 6. part. 1. Ferro Manrique de praedictis, qu. 18. nu. 2. Larrea allegat. 51. nu. 8. Sperellus decif. 76. n. 3. Gregorius XV. decif. 124. num. 2. Solorzanus in allegat. pro consil. Indiarum, nu. 31. & 32. Valenzuela tom. 2. consilio 101. nu. 42. plures congeiti a Barbofa in selectis ad nostrum text. num. 2. Deinde sciendum est, dignitatem quae de novo creatur, ita erigi debere, ut quaminimum, aut nullum praedictum inferat antiquioribus dignitatibus: sicut cum Ecclesia de novo adificatur, ita constructi debet, ut vicina nullum damnum sentiat, cap. ad audientiam, de Ecclesiis edific. praecipue cum non credatur Pontificem voluisse confirmare aliquid cum praedictum aliorum. Valasco consil. 72. n. 23. Ex quibus apparet decidendi ratio ad nostrum textum; nam cum in assignando loco dignitati noviter erectae attendatur consuetudo, quae assignat ipsum locum, merito in presenti textu jubetur, in ea parte attendendam esse consuetudinem Ecclesiarum Angliae; nam in dubiis, si non appareat quod actum est, erit consequens, ut id sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur, l. in stipulationibus, ff. de regulis juris. Unde in iudicibus bonae fidei illa usura debetur, de quibus actum est; & si id non appareat, tunc illa veniunt, quae in regione, in qua contractur, frequentatur, l. 1. les. & in contraria 37. ff. de usuris, l. tutor, §. 10. ff. de administ. tutor. in evictionibus rem vendituram attenditur consuetudo regionis, ubi contractio emptio est, l. si fundus, ff. de evict. in nummis legatis regionis testatorum consuetudo attenditur, l. si servus 50. in fine,

ff. de legat. 1. l. nam 75. de legat. 3. & in aliis contradicibus, & actibus semper consuetudo regionis ubi actum est, attenditur, l. 31. §. 19. ff. de adilit. edicto, l. 1. in fine, ff. de errore testat. leg. 1. Cod. qua sit longa consuetudo, l. si de interpretacione 37. ff. de legibus, Malcardus de probat. conclus. 423. n. 11. Valenzuela consilio 33. ex n. 228. Et consilio 34. ex n. 161. Rota apud Farinac. in novis decif. 362. nu. 4. Cyrillus courrou, 23. n. 22. Solorzanus de iure Indiar. lib. 1. c. 23. n. 20. Merito ergo cum Londoniensis Ecclesia sit in Anglia Regno, jubetur ab Innocentio III. in dignitate Praeceptoris statuenda inspicendam esse consuetudinem Angliae Ecclesiarum. Accedit, nam quemadmodum cum lex deficit in causis noviter emergentibus, ad viciniorum leges recurrit, cap. super eo, de consibus, & id viciniorum legum proximum est, leg. de quibus, & id viciniorum legum iudicium proximum sequi debent, ita ad consuetudines proximam recurrendum est. Sed si consuetudines diversae sint, & dubium, quamquam consuetudo sit, emergat, quae minium iniquitatis habet, eligenda est, argumento textus in l. 16. l. 15. leg. 200. ff. de regulis juris: inde jubetur in nostro textu, eam consuetudinem esse sequendam, quae magis rationabilis sit, & minus praedictum inferat. Nec obstat dubitanti ratio; nam distinguendum est inter consuetudinem servandam in sacramentis administrandis, & in ieiuniis Ecclesiae; & consuetudinem servandam in sedibus, & praedictis: in primis casibus consuetudo Sedis Apostolicae sequenda est, quo modo intelliguntur iura in argumento adducta, aut Metropolitanarum Ecclesiae: secundo vero casu vicinarum Ecclesiarum consuetudo sequenda est. Ita Bohic, in presenti, Cironius in praesentibus ad hunc tit.

Respondetur distincti.

CAPUT VII.

Idem conventus a Corviensis Monasterii.

Cum Venerabilis frater noster Episcopus b Hostiensis, & dilectus filius e L. tituli S. Crucis Presbyter Cardinalis in partibus Alesmanis d Legationis officio fungentur, invenerunt dilectum filium Abbatem de monasterio Hermion, quod ad Romanam Ecclesiam nullo mediante noscitur pertinere, ad monasterium Corviense, quod est etiam e Romana Ecclesia speciale, propria temeritate migrasse, licentia illud deserendae, vel confirmatione a nobis, vel ab ipsis, qui vices nostras in illis partibus tunc ferebant, nec habita, nec petita. Et infra: Postmodum autem nuntii ejus ad defensionem ipsius generalis illius terrae consuetudinem allegarunt. Cum igitur hac non tam consuetudo, quam corruptela merito fit censenda, qua profecto sacris est Canonibus inimica, ipsam mandamus de cetero non servari.

NOTAE.

a Corviense Monasterium ubi. Ita legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 6. Monasterium Corviense duplex est; unum in Gallia inter Alesmanis, & Peronam, ab ipsa Ambianensi per septem leucas distans; illud constructus S. Bathidis, Clodovei secundi Francorum Regis uxor, in honorem Sanctiorum Apostolorum, ut constat ex decretali epistola Nicolai I. relata a Fr. Antonio Yepes in chronico D. Benedicti, c. 2. in append. fol. 2. ibi: Nos igitur considerantes religiofam esse petitionem tuam, & nihil novi nos constitutos, & praedictum nostrorum decreta sequamur; pastoralis quoque pariter esse officii servorum Dei iugiter insistant, commendatque proficere, decernimus, ut monasterium Corviense, quod ad laudem Dei, in honorem sanctiorum Apostolorum Petri, & Pauli constructum esse digestissimum, & a Bathilde Regina Evancorum, filioque eius Lothario a principio fundatum, & donariis, rebusque necessariis completatum, quod est in pago Ambianensi, super finium Summe situm, servum suorum in omnibus habeat disponendi regulariter potestatem. Alie quoque spectant ad hoc monasterium, prosequantur Yepes ubi supra, Bolquetus ad Innocentium episc. 1. Renatus Chopinus de sacra politica, fol. 90. Tamayo a Salazar tom. 1. martyrolog. Hist. fol. 47. die 2. Januarii. De hoc monasterio agitur in cap. ad petitionem 12. de accusat. Aliud est Corviense, Novum dictum, ad differentiam alterius veteris, in Saxonia, prope Bisurgin fluvium, diocesis Paderbonensis, constructum a Sancto Aderardo monacho Corviensi, ut refertur Yepes ubi supra, Fratres Sarmatani tom. 4. Gallia, fol. 299. de quo agitur in presenti, non vero de monasterio veteri, ut notavit Chopinus ubi supra. b Hostiensis. Hugolinus cognominatus, Agnaninus Comes, Patruelis fratris Innocentii III. Diaconus Cardinalis S. Euthychii, postea R. Pontifex electus, Gregorius IX. appellatus. Ughellius tom. 1. Italia, in serie Episcop. Hostien. & nos in cap. 2. de postulat. Praesb. c. L. Leo dictus, tituli S. Crucis Presbyter Cardinalis. Septem lros presbyteri Cardinales Basilicae S. Laurentii extra muros; inter eos unus est presbyter tituli S. Crucis in Hierusalem, ut refert Conelius in notitia, c. 6. d. Legationis. Ad varias legationes misit Innocentius noster praedictum Leonem, sed praecipua fuit in Alesmaniam; nam cum Germania continuis affligeretur claudibus Imperatorum, & Othonis, ac Philippii factionibus, Innocentius Legatos misit Leonem, & Hagolinum, ut praedictum juramento Philippum absolverent a nexu communicationis. Cujus legationis mentio extat in c. 2. de postulat. Praesb. eam fule narrat Parisiensis Doctor Spondanus anno 1107. e Romana Ecclesia. Monasterium Corviense, sive Corvejenfe, est immediate subiectum R. Pontifici. Innocentius III. lib. 1. epist. 1. regest. 14. ibi: Quamvis amplius Corvejenfe monasterium ad ius, & proprietatem sacrosanctae Romanae Ecclesiae noscitur pertinere.

res, & specialiter ad eius curam respicere, & tutelam; tanto ad defensionem, & consuetudinem ipsius propriori cura non oportet intendere. Idem lib. 1. regest. 13. epist. 1. ferebant. Licet enim Legati non possint transferre Episcopos de una Ecclesia ad aliam, cap. quoad translationem, de officio Legati, Cironius ad titulum de translatione Episcoporum; Abbates tamen transferre possunt, cap. si Abbatem, §. finali de lectione, lib. 6. Unde in presenti Legatus Pontificis potuit translationis auctoritatem praestare.

COMMENTARIUM.

EX hac Innocentii III. decisione sequens vulgo deducitur assertio: Consuetudine introduci non potest, ut Abbas exemptus sine licentia Pontificis possit transferri in aliam Abbatiam. Probant enim textus in cap. finali, de reuatiari, cap. licet, & de regul. Illustrant ultra congeitos a Barbofa in presenti, Cironius in 5. compil. in dicto cap. ult. de renati. & in parat. ad titulum de translat. Episcop. Azor part. 1. instr. lib. 5. cap. 18. Tamburinus tom. 1. de iure Abbat. dist. 13. Layman in sum. tit. de Praesb. elect. cap. 19. Petrus Gregorius lib. 2. de elect. cap. 19. Lambertinus de iurapatron. quest. 5. princip. art. 2. In hac tamen assertionem pro dubitanti ratione ita insurgit valet. Prohibito translationis Praetorum de una Ecclesia in aliam, vel de uno monasterio in aliud, tantum est ius Ecclesiasticum, c. 1. de clericis non resid. c. 1. Et per totum, ubi illustrabimus de translat. Episcop. sed passim admittuntur consuetudines iuri Ecclesiastico contrariae, c. super eo, cognat. spirit. probavi supra inc. 1. hoc tit. ergo & in casu huius textus consuetudo observanda erat, per quam licebat translatio Abbatis de uno monasterio in aliud. Augetur hac difficultas, nam in electionibus Ecclesiasticis admittitur, & attenditur consuetudo, c. nos, 12. dist. c. praedicta, 24. q. 1. c. cum olim, de cler. conjug. c. cum Ecclesia, de causa posses. igitur, & in translationibus Praetorum Ecclesiae. Augetur tandem hac difficultas, nam si in presenti specie Abbas contra ius translatum esset de uno monasterio in aliud, privaretur tam prima, quam secunda Abbatice dignitate, iuxta textum in c. quanto, de translat. Episcop. e. litteras, de consil. praesb. sed non privatur prima Abbatia; ergo quia contra ius translatum non fuit. Qua difficultate sic soluta minime refragant, vera est praesens assertio, pro cuius expositione scire oportet, translationem Praetorum de una Ecclesia in aliam jam diu in Ecclesia prohibita fuisse; Presbyterorum, & Abbatum finelientia suorum Praetorum; Episcoporum vero sine licentia Romani Pontificis, can. 15. Apost. late dicemus in titulo de translat. Episcop. imo adeo exole erant translationes Praetorum, ut eorum prohibitio cum rebaptizatione conjungatur in c. non licet, de consecrat. dist. 4. Circa Abbates autem sequens observantia viguit; nam si immediate subiecti erant Episcopos, eorum licentia

7 Conclusio traditur, & probatur. 8 Impugnatur tradita assertio. 9 Traditur decidendi ratio.